

833 ottobre 5, Siena¹

Nel placito presieduto da Agiprandus, vescovo di Firenze, e da Petrus, vescovo di Volterra, messi dell'imperatore Lotarius, in merito alla querela sporta da Petrus, vescovo di Arezzo, accompagnando dagli avvocati Vuillerad del fu Tachiprand di Siena e Agimundus del fu Arimund di Arezzo, contro Vigilius, abate del monastero di Sant'Antimo accusato di detenere illegalmente il monastero di San Prieto ad Asso, prodotti i documenti e ascoltati i testimoni da entrambe le parti, i giudici sentenziano in favore della chiesa di Arezzo.

Originale.

Archivio Capitolare di Arezzo, Carte del Capitolo, n. 11 [A].

Edizioni: *ChLA*², XC, n. 5

+ Dum in Dei nomine pro excellentissimo domno nostro et piissimo et a Deo coronato Hlottario augusto magno imperatore directi fuisset nos Agiprando², sancte Florentine ecclesie episcopus, [seo Petrus³,] sancte Voloteranensis ecclesie episcopus, pro causa Beati [Don]ati Aretine ecclesie et Petroni⁴, episcopi eiusdem ecclesie, inquirendum inter ipsum Petronem episcopum, nec non et Vigilius, abbas ex monasterio Sancti Antemi⁵ terretorio Clusino, et dum con[iung]esisset Sena civitate et reseden[te]m nos in iudicio domui Senate ecclesie, una cum venerabilis Anastasius, episcopus eiusdem civitati, seu Adelrat comes⁶, Insari, Aipo, Vualcari et Taso, scavinis predictae civitati, adque Dato, Cristiano, Alexandro et [R]odelfrido, scavinis Aretine civitati⁷, simulque Ringo, Radolfo, scavinis Volterranensis⁸, hubi et nobiscum aderant Vuillerad et Anseram de Sena, Anseprand, Camarino, vassi domni imperatori, Ansiprand et Teudici germanis, Perisindo et Landi[f]ridi germanis, Angelo, Francianus, Alprando, Ariteo, cives Aritini, Guiprando vel reliquos plures homines nobiles tam Franciscos quam et Langubardiscos de singulis predictae civitatibus⁹. Ibi ante nos omnes veniens memorato P[e]tronem, episcopum Aretine ecclesie, una cum Vuillerado, filio bone memorie Tachiprando de Sena¹⁰, seo Agimundo, fil[i]o bone memorie Arimu[n]di de Aritio, advocati sui, causationem habentem contra predictum Vigilius, abbas ex monasterio Sancti Antemi, sito valle Scarcia terretorio Clusino, seo Furvo, scavino Senense, et Urso de Clusio, advocati predicti monasterii, et abbati ceperunt his ipsi Vuillerad et Agimundo dicere contra predicti advocati Sancti Antemi parte monasterii Sancti Antemi et suprascriptis abbati: "Contra lege et malo ordine invaserunt et detinuit monasterio Sancti Petri ad Axso¹¹ cum pertinenentia sua; unde querimus ut inter nos exinde iudicium detis et iustitiam fieri faciatis ad parte Sancti Donati, quia legibus Sancti Donati pertenuit". Ad contra responderunt ipse Vigilius abbas una cum Furvo et Urso, advocati suos: "Veritas est quia habemus et tenemus predicto monasterio Sancti Petri ad Axso cum pertinenentia sua, sed non contra lege nec malo hordine, pro eo quod ecce preceptum^a sancte recorda[tionis domni] Caroli regi pre manibus habemus, qualiter pro sua mercis per locas designatas concessit cagio illo qui vocatur Ciciliano¹² ad parte Sancti Antemi, et infra ipsas locas designatas ipso monasterio est constructum". Et dum nobis suprascripti missi ipso precepto relegi fecissem[us], continebatur in eum qualiter dominus Carolus rex concesserat suprascripto cagio ad parte Sancti Antemi per locas denominative designatas, et infra locas designatas quodquod concesserat, denominatim concesserat; sed minime ibidem continebat de [suprascrip]to monasterio Sancti Petri ad Axso, quod eum concessisset sicuti et reliquas, quod in eodem legebatur

precepto. Et dum preceptum ipsum relectum fuisset, tunc ipse Vuillerad et Agimundo advocati dixerunt: “Certe precepto isto nec nobis, nec parte Sancti Donati nulla inpedit, quia quod concessit nom[ina]ti[v]e concessit, et si tunc ipso monasterio domnus Carolus rex concedere voluisset, nominative eum concessisset, sicuti et reliquas res et causa concessit^b”. Dictum est hoc, tunc nos suprascripti missi et iudices interrogavimus ipso Vigilius abbas et suprascripti advocati eius, et dixit unus eorum: “Ecce, posquam precepto isto ad ista ratio nulla inpedit, mittite rationem pro qua ratio aut ad parte Sancti Antemi perteneat aut istius abbati”. Tunc ipse abbas inter[r]o[ga]t[us] dixit: “Certe domnus C[a]r[o]lus rex eum concessit in b[ene]ficio per suum preceptum Tanimundi quondam abbati simulque et bone memorie Apollenaris abbati; deinde postmodum eum mihi concessit in beneficio domnus Hludovuichus et Hlottarius imperatores^c, [et eoru]m beneficio ips[um] teneo, nec non pro parte Sancti Antemi”. Et dum taliter dixisset, interrogavimus eum, si precepta ipsa [c]on[f]irmate fuissent in successores eorum aut in parte Sancti Antemi. Qu[i] dixit: “Certe minime in successores eorum fuerunt concesse, et nisi solus in ambobus eorum personis et mihi solus per beneficio est concessum, et nullum alio preceptum exinde non habeo nisi isto de ipso cagio”. Hoc dicto et refutato, tunc ipse Petrus, episcopus seped[ic]te Aretine ecclesie, hostendit indiculum piissimi domni Hlottarii imperatoris^d, qui dum nobis relectum fuisset, continebat in eum qualiter ipse domnus augusto nobis Agiprandi et Petroni episcopi iniun[xse]rat adque inotuerat quod Petrus episcopus de Aritio eidem in[ot]uerat, qualiter Vigilius abbas quamdam cellulam, que est constructa in onore Sancti Petri super fluvio Axso, pertineret ad suum episcopatum, et ob nullam aliam occansionem eum teneret, nisi quod Apollenaris abbas per beneficium regale habuisset; ita et fatenter ipse iam dictus episcopus precepta et monimina se dixisset habere, per quibus nobis per eundem indiculum precepit, ut eos pariter simulque cum eorum advocatis venire fecissemus et subtiliter investigassemus, si Vigilius abbas inde aliquam poteret hostendere firmitatem, per qua ad monasterium sibi commissum pertineret; sin autem hoc non invenissemus, et se per beneficii auctoritatem reclamasset, tunc suam decrevit voluntas iussioni, ut iam dicta monimina de ipso Petrone episcopo nobis presentare fecissemus; et si invenissemus quod ad predictum episcopatum pertenuisset, tunc absque aliqua dilatazione eum revestire fecissemus, cum omnia ad iam dicta cellulam aspicientem. Sicuti et fecimus nobis ipse monimina hostendere, tunc ipse Petrus episcopus una cum predictis advocatis suis ostendit precepta et monimina. Primo iudicato^e ostenso et relecto continebatur qualiter tempore Liudprandi regi Luparcianus episcopus ante misso ipsius Liudprandi regi adviquerat da Deodato episcopus monasterio Sancti Petri ad Axso ad parte Sancti Donati, cum reliquas par[r]ochias et ecclesias ba[b]tismalis, sicuti in ipso iudicato legebatur. Post hoc hostendit preceptum^f predicti Liudprandi regi, qualiter, d[u]m relectum fuisset, continebatur quod ipso iudicato de ipso monasterio et parrochias confirmaverat per suum preceptum [ad] parte Aritine ecclesie. Alium quidem ostendit iudicato^g qui significanter declarabat qualiter iam dictum Liud[prand]us rex direxerat quattuor episcopos missos suos pro predicta causa et [m]o[na]steria adque parrochias determinandum; [et it]a in eorum presentia et per eorum iudicio ipse Luparcianus episcopus conviquerat et da parte Senensis ecclesie ad parte sue Aritine ecclesie predicto monasterio Sancti Petri ad Axso cum reliquas parrochias, sicut in ipso legebatur iudicato. Ita et per preceptum simili modo ipse Liudprandus rex ipsum iudicatum^h et monasterio cum ipse parrochias confirmaverat ad parte Aritine ecclesie. Idcirco et ostendit privilegiumⁱ bone memorie Stefani pape urbis Rome, qualiter, ad petitionem Stavili¹³, quondam episcopi Aritine ecclesie, per suum predictum privilegium confirmaverat ad parte [A]ritine ecclesie, tam predictas iudicatas de tempore Liutprandi regi, quam et predictas preceptora eiusdem Liudprandi regi sive de

iam memorato monasterio Sancti Petri ad Axso, quam et da predictas parrochias, sicuti in ipsas continebatur iudicatas et preceptoras. Quamobrem et ostendit brevisilegium quondam Leoni pape, qualiter et ipse per suum brevisilegium et preceptum^l, per petitionem quondam Arepti¹⁴, sancte Aretine ecclesie episcopi, et per consensu domni et piissimi Caroli imperatori, in suum sinodum pacificavi, inter quondam Andrea, sancte Senensis ecclesie episcopus, et ipsum Areptum, Areti[ne] ecclesie episcopum; et per suum confirmaverat preceptum ad parte Aretine ecclesie, tam predictas parrochias, quam et supradicto monasterio Sancti Petri ad Axso, sicuti in ipsas continebatur iudicatas et preceptora a tempore Langubardorum emissas ad iam memorato Liudprandus rex. Denique eo ipse piissimus sancte et gloriosa memorie domnus Carolus rex per suum preceptum^k confirmavit ipso precepto^l quondam Leoni pape et omnia, ut superius adnotatum est, ad parte Aretine ecclesie, sicuti [et] per predictas iudicatas, preceptora et brevisilegia co[nvi]ctas fuerunt [no]minative memorate parrochias et monasteria, sicut a priscis temporibus convicte fuerunt ad [par]t[e] A[retine] ecclesie. Ideoque et ostendit nobis preceptum [domni] Hludovuici imperatori augusti^m, qualiter et ipse per suum preceptum confirmaverat tam ipsum preceptum gloriose memorie [domni] Caroli genitori suo, qua[m] et ipsum Leoni quondam pape sive et re[li]quas iudicatas et preceptoras sepe memora[tas, h]oc est ad parte Aretine ecclesie sive de parrochias, quam et predicto monasterio cum reliquas monasterias, sicuti ad priscis temporibus convictas adque possessas fuerunt. Iudicatas et preceptoras ostensas et relectas, sicut ab ordine superius declaravimus, tunc nos suprascripti missi et episcopi interrogavimus ipso Vigilius abbas et Furvo et Urso advocati eiusdem, ut si haberent aut preceptum vel iudicatum aut testem vel qualibed factionem, quod ipse monasterio Sancti Petri pertineret ad parte Sancti Antemi, ita ostendere. Qui et ipsi pariter una cum ipso abbate refutaverunt et dixserunt: “Certe nec iudicato, nec precepto, nec nulla factionem neque testem, nec per nulla rationem non habemus, per quos ipso monasterio Sancti Petri vel rebus ad eum pertinentibus contendamus, aut ad parte Sancti Antemi defendere possamus, nisi ut prius diximus, quod per beneficio domni Hludovuici et Hlottarii imperatori eum habuimus”. Et cum taliter refutassent, diximus nos suprascripti missi ipsius abbati: “Certe per ista ratio eum tenere amplius non valebis, quia domnus imperator nobis per iam dicto indiculum precepit, ut si tu firmitatem talem non ostendissit, quod ad parte monasterii tibi commissum pertenuisset et nos per ipsas moniminas istius Petroni episcopi invenissemus, quod ad episcopatum Aretine ecclesie pertenuisset, absque ulla dilatactione revestiri fecissemus”. Post hoc dictum ideoque et pro satisfact[i]one et ut verum diligenter investigassemus lege, pro dictis variis ipsius abbati, quod dicebamus quod, post preceptora ipse parte Sancti Donati et Aretine ecclesie vestitura de ipso monasterio non fuisset, tunc nos suprascripti missi fe[cimus ve]nire veraces homines adque sacerdotes, quas ipse Petrus episcopus nobis denominavit; ita et ipsi laici omnes [a] Dei evangelia i[u]rare fecimus, et per ius e[o]s interrogassemus de ipsa vistirura, et illi scirent nobis certam dicerent veritatem. Ita et ipsi sacerdotes coniuravimus eos in suum sacerdotium et fidelitatem, quas ad parte domni imperatori iuratum ha[b]ebant, ut quid vera exinde scirent veritatem, ut et ipsi declararent de predicta vestitura. Qui et in primis omnium veniens Gumprandus¹⁵, arcidiaconus Aretine ecclesie, interrogatus a nobis, dixit: “Bene scio et recordo et ibidem fui quando Anghelbertus¹⁶ misso domni Caroli regi, revestivit Aripertum episcopum de monasterio Sancti Petri sito Axso post confirmatione domni Leoni pape, ita et post preceptum hemissum eiusdem domni Caroli regi et ipse Aripertus episcopus hordinavi in ipso monasterio abbas nomine Augustino, Arnicauso, Ioannis, Landoari arcipresbiteri”. Similiter dixserunt Aunipert laicus, senes homo, Romaldus, Lampertus, omnes unianimiter una singulatim similiter testificati sunt et dixserunt sicut et

Gumprandus arcidiaconus superius dixit. Testimonias inquisitas et iudicatas adque preceptoras relectas et omnia ab ordine, qualiter superius declaravimus, et per veram legem inquisita et cognoscentem dum per veram legem invenissemus, ita et iuxta iussione et indiculum piissimi domni imperatori, quod ipse monasterio Sancti Petri ad Axso, cum rebus ad eum pertinentibus, pertineret a parte Aretine ecclesie, iuxta ipsum indiculum et iussio domni imperatori feci[mu]s nos missi ipsi advocati Furvo et Urso revestire ipsi advocati Petroni episcopi Vuillerad et Agimundo de ipso monasterio Sancti Petri, cum pertinenia sua, ad parte Aretine ecclesieⁿ. Proinde hanc notitia fieri fec[imus], et [...] notario scrivere commonuemus], anno dominorum nostrorum Hludovuici et Hlottarii imperatori vigesimo et quarto decimo, mense october, indictione duodecima.

+ Ego Agiprant episcopus ex iussione domni nostri imperatoris hanc inquisitio feci et subscripsi.

+ Ego Petrus episcopus ex iussione domni imperatoris hanc inquisitio feci et subscripsi.

+ Ego Anastasius episcopus ibi fui.

+ Ego Adelrat comes ibi fui.

+ Ego Ansprandu vassu domni imperatoris ibidem fui. + Ego Aipo scavino et vasso domni imperatoris ibi fuit.

+ Ego Camarino vassu domni imperatoris ibi fui. + Ego Insari scavinu ibi fui. + Ego Taso scavino ibi fui. + Ego Ringo ivi fui. + Ego Dato ivi fui. + Cristianus ivit fui. + Ego Aleandru ivi fui. + Adelfridi ibi fui. + Ego Perisindo ibi fui. + Ego Angilu ivi fui. + Ego Anseram vassus domini imperatori interfui. + Ego Teudici ibi fui.

+ Ego Landifridi ibi fui. Signum + manus Vualcari scavino, qui ibi fui. + Ego Tedulfo ivi fui.

+ Ego Lierandu ibi fui.

¹ Su questo placito v. Scheiner 1975, pp. 344-346; Delumeau 2001, p. 243 e ss. e Heil 2013, pp. 203-215.

² Agiprand, vescovo di Firenze, Krause 1890, n. 99.

³ Vescovo di Volterra, Krause 1890, n. 99. Si veda anche Petrucci – Romeo 1992, p. 216.

⁴ Vescovo di Arezzo (830?-850?), Tafi 1986, pp. 41-42.

⁵ Sant'Antimo, Montalcino (Siena), Kehr 1906 p. 247; Schneider 1914, pp. 94 e ss.; Tafi 1972, p. 276; Kurze 1989, pp. 319-331. Il monastero viene precedentemente citato in CDL, I, n. 19 (715 giugno 20) e successivamente in ChLA², XC, n. 15 (settembre 876) e Pasqui n. 46 (877 agosto 13).

⁶ Adelrat, *comes* di Siena, di cui non si conserva nessun'altra attestazione, Cammarosano 1996, p. 288.

⁷ Sugli scabini aretini, con particolare attenzione a questo placito, v. Petrucci – Romeo 1992, p. 210 e ss.; Licciardello 2005, pp. 138-142 e Allegria 2009, pp. 233-250. Nel caso particolare dello scabino Walcari, Delumeau 1996, p. 432 e nt. 12.

⁸ Sugli scavini presenti in questo placito, Bougard 1995, p. 347, 362 e 371.

⁹ Per i riferimenti alla *civitas* in contesti giudiziari Gasparri 2003, p. 43 e Santoni 2009, pp. 205-223.

¹⁰ S. Gasparri propende per un legame familiare tra questo personaggio dell'*élite* senese e il Wilerat presente nella lite tra Arezzo e Siena di VIII secolo, v. Gasparri 2004, p. 12. Il Wilerat che in questa carta agisce come *advocatus* del vescovo di Arezzo sembra essere il Wilerat, *miles regis*, citato nel falso sinodo romano dell'anno 850 (Manaresi 1955, n. 53). Per le considerazioni critiche relative a tale documento si vedano le note a corredo della relativa scheda.

¹¹ Podere San Piero, comune di Montalcino, Hobart et alii 2012, p. 189. Fondato dal re longobardo Aripert, ma gli scarsi dati forniti dalle carte impediscono di identificare con sicurezza il re fondatore del *monasterium* tra Aripert (653-661) e Aripert II (700-712). Il monasterio viene citato anche in CDL, I, nn. 17, 19 e 20 (agosto 714, 715 giugno 20 e 715 luglio 5); CDL, III/1, n. 13 (715 ottobre 14) e ChLA², XC, n. 17 (marzo 881).

^a Si desidera, vid. Heil 2013, p. 208.

¹² Bosco di Ceciliano, Montalcino, Scheiner 1975, p. 276.

^b DD. K, n. 150 (a. 783).

^c Si desidera, ma cfr. Oulion 2013, p. 113 n. 111: “Il n’est pas certain que la confirmation de ce deuxième diplôme, par Louis le Pieux et Lothaire réunis, mentionnée par l’abbé Vigilius lors du plaid, ait fait l’objet d’un précepte à proprement parler, la notice restant vague sur la qualification dudit document”.

^d Si desidera, v. DD. Lo I, n. 152.

^e CDL, I n. 17 (agosto 714).

^f CDL III/1, n. 12 (715 marzo 6). Manaresi, invece, lo dà come perduto (Manaresi 1955, p. 136 nt. 1).

^g CDL, I, n. 20 (715 luglio 5).

^h CDL III/1, n. 13 (715 ottobre 14). Manaresi, invece, lo dà come perduto (Manaresi 1955, p. 136 nt. 3).

ⁱ Pasqui n. 11, (752 maggio 19).

¹³ Stabile, vescovo di Arezzo, Tafi 1986, pp. 35-37.

^j Si desidera, cfr. Jaffé n. 2509*, Kehr, III, n. 7*.

¹⁴ Ariperto, vescovo di Arezzo, Tafi 1986, p. 40, Delumeau 1996, pp. 226-227 e Heil 2013, p. 177-185.

^k DD. K n. 196 (a. 801).

^l Si desidera, v. Pasqui 1899, doc. n. 17; Heil 2013, p. 184, nt. 29.

^m Manaresi lo considera perduto, p. 137, nt. 2. Pubblicato invece in *ChLA*², XC, n. 3 (817 agosto 19), riguarda la conferma da parte di Ludovico il Pio della proprietà del monastero di Sant’Ansano a Dofana alla Chiesa di Arezzo contro le pretese dei vescovi di Siena, già concessa da Carlo Magno e da papa Leone III

¹⁵ Gumprandus, arcidiacono della chiesa aretina, compare anche nella nota carta di fondazione della canonica aretina, *ChLA*², XC, n. 8 (835 ottobre – 843 agosto 29). Sul dibattito storiografico relativo a questa pergamena ha destato in sede storiografica si veda Feo – Nicolaj 2012, pp. 207-210.

¹⁶ Angilberto, messo di Carlo Magno, fu identificato con l’omonimo abate di San Riquier da Krause 1890, p. 285, n. 38, identificazione condivisa da Manaresi 1955, p. 132 e Hlawitschka 1960, p. 28 nt. 20.

ⁿ La sentenza fu confermata da un diploma imperiale di poco successivo, *ChLA*², XC, n. 6 (833 novembre 27).